Quelle: http://manuscripta.at/?ID=505
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tumor. superbie in locutionis nitore platione ap
parat. quo sicut ex fructu cognoscitur arbor. sic
exterior gestus indicat de hominis interiore. Unde est
illud. Cuius sit mens hominis testatur sermo loquentis.
Id uoce efferit mens prius intus agit. Causa locu
tionis quadrifariam diuidit. Aliquando namque loqen
dum est ut discamus quid nescimus. aliquando ut dica
mus in quibus excessimus. aliquando ut corrigamur deui
antes. aliquando ut ignorantes instruamur. Ut dis
camus quid nescimus. admonuit salomon dicens.
Per agrum hominis pigri transiui. et ecce totum reple
uerat urtica. Id cum uidissem posui in corde meo. et ex
emplo. id. disciplinam. Ut dicamus in quibus excessimus.
idem quod supra. Qui abscondit secla sua non diriget.
qui autem confessus fuerit et reliquerit ea misericordiam consequetur.
Ut corrigamur deuiantes. alibi septuagesimum est. Qui cu
ra fecit impium ab errore uiae suae. ipse animam suam
uiuificabit et operit multitudinem peccatorum. Ut enim ig
norantes instruamur. item apud salomonem repetit.
Audi fili mi uocem meam. et auribus p. u. o. mi. Viam
sapiae monstrabo tibi. et ducam te per semitas equita
tis. quas cum ingressus furis non arctabuntur gressus tui.
Hinc est illud quod dicitur decus ecclesiae. claus seiae.
gemma sacerdotum. Quam bene narratur quo proximum
edificatur. Criminis est uere morum documenta si
lere. De puritate mentis ne restat ut aliquid
dicamus. quam quisque medullitus fuerit ample
xatus absque errore erit. quo dum uidebit. Non